



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XL. Markgraf Hermann übergibt dem Kloster Diesdorf die Kirche zu Rehfeld, am 27. Mai 1307.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XL. Markgraf Hermann übergiebt dem Kloster Diesdorf die Kirche zu Rehsfeld,
am 27. Mai 1307.

In nomine domini Amen. Vt ea, que aguntur in tempore, simul sub temporis decuribus non labantur, neque obliuionis matri, que plerumque errorem inducit, malignandi oportunitas prebeatur; cautum est, vt Scripturarum et testium legitimis roborentur documentis. Eapropter Nos Hermannus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, tenore presentium vniuersis ac singulis, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, recongnoscimus publice protestantes, quod Proprietatem, que nobis in Ecclesia siue in bonis Ecclesie in Reuelde competere noscebatur, cuius quidem Ecclesie Presentacio ad fratres, scilicet Heinricum et Bertholdum, dictos de Reuelde, spectare noscitur, dedimus, donauimus, damus, donamus et assignamus Monasterio in Distorp, perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo et cum omni vtilitate tituli proprietatis, prout nos habuimus, Habendam et possidendam, vt ex eo nobis merces in futuro seculo preparetur eterna. Renuntiantes dicte proprietatis iuri, quoad nos et heredes nostros, prout possibile fuerit atque iustum. In cuius rei testimonium euidens presentes litteras dicto monasterio in Distorp sigilli nostri munimine dedimus consignatas. Actum et Datum Arneburch, Anno domini M^o. CCC^o. VII^o. VI^o. kalendas Junii, Presentibus Dominis Heinrico de Aluenfleue, Bernardo de Plozek, Heinrico Schenken, Droysekino Dapifero, Slothekino, nostro notario, necnon pluribus aliis Satis Dignis.

XLI. Arnold, Bischof von Havelberg, confirmirt dem Kloster Diesdorf das Patronat der Kirche
zu Rehsfeld, am 11. Juni 1307.

Arnoldus, dei gracia Havelbergensis Ecclesie Episcopus, dilectis ac Religiosis in christo dominabus abbatisse priorisse totique conuentui Monasterii in distorp ordinis Sancti augustini, verdenfis dyocesis, cum deuotis oracionibus sinceram in domino karitatem. Iustis petencium desiderijs pium est facilem prebere assensum, et uota, que a rationis tremite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter vestris iustis postulacionibus, ad vestre releuamen inopie, affectuosius inclinati, donacionem et translationem puram et liberam iuris patronatus Ecclesie in uilla Reuelde nostre dyocesis, factam ab illustri principi domino Hermanno, marchione de Brandenborch, de consensu et voluntate libera Henrici et Bartoldi, fratrum, dicti (sic) de Reuelde, ad quos ius presentandi personam ydoneam sine contradiccione qualibet pertinebat, cuius eciam iuris patronatus proprietas ad iam dictum spectabat principem, vobis et vestro cenobio, in quo estis diuino obsequio mancipate, prout per ipsius principis patentes litteras, super dicta donacione et translatione vobis datas, apparet expresse, cum omni iure, dominio et Seruicio, prout habebant, sibi in eo et de eo nichil penitus retinendo, graciose gratam at ratam habemus et habebimus et in domino confirmamus, et ipsam Ecclesiam indulgendo vestro monasterio incorporamus, ut de ipsa agatis et faciatis, prout iuris fuerit et vobis expediens videatur, Saluo